Proinde quia parum videbamus convenire inter Grammaticos, utrùm ad verba, an ad participia propriùs pertineant, hîc in confinio utriusque partis relinquimus, ut utri velint, sese regno addicant.

Porrò à nomine casum, à verbo agendi vel patiendi vel neutrius significationem, accipiunt.

Et quia temporum nec discrimen discretis vocibus recipiunt, neque numeros aut personas admittunt, ideo nec justa verba esse possunt, nec participia.

Gerundii terminationes sunt tres. { *Di*, Genitivi casûs. *Do*, Dativi & Ablativi. *Dum*, Nominativi & Accusat.

Gerundia autem activè majori ex parte significare, nulli dubium est, licet interdum etiam passivè significent. Cujus rei exempla erunt ista : *Athenas quoque missus erudiendi causâ* : id est, *ut erudiretur*. *Uritque videndo Fœmina* ; id est, *dum videtur*. *Satis ad cognoscendum illustria* : id est, *ut cognoscantur*. *Ars ad discendum facilis* : id est, *ut discatur*.

DE SUPINIS.

SUpina quoq; meritò participialia verba dicuntur, omnia quæ cum gerundii vocibus communia habent. Exeunt autem

autem, prius in *um*, posterius in *u* : ut, *Visum*, *Visu*. Significant autem, prius quidem ferè activè (sicut in Rudimentis dictum est) posterius verò passivè.

DE PARTICIPIO.

Participium est vox inflexa per casus & genera, significans insuper rem cum tempore.

ACCIDENTIA PARTICIPIO.

Accidunt Participio septem, { Casus, Genus, Declinatio, Tempus, } { Significatio, Numerus, Figura. }

De genere autem, & casu, & declinatione, numero & Figurâ, idem hîc statuendum, quod suprà in Nomine est traditum.

TEMPUS,

Tempora Participiorum sunt quatuor.

Præsens in *ans* vel *ens*, ut, Amans, legens.

Cæterùm *iens*, participium ab *Eo* simplex, rarùs legitur in nominativo ; sed (euntis, eunti, euntem, cunte) in obliquis : composita verò nominativum quidem in *iens* finitum habent, genitivum autem in *euntis*, ut, Abiens, abeuntis ; Rediens, redeuntis : præter unum, Ambiens, ambientis.

Hanc formam sequuntur & horum gerundia ; ut Abeundi, abeundo, abeundum : præter Ambiendi, ambiendo, ambiendum.

Præteritum verò in { Tus, Sus, Xus, } ut { Doctus. Visus. Nexus. }

Futurum autem duplex : Alterum quidem in *rus*, significationem obtinens infiniti modi, ut, Lecturus, cursurus : Alterum verò in *dus*, passivæ significationis semper, ut Legendus.

SIGNIFICATIO.

Activè significant ea participia, quæ ab activis cadunt: ut, Docens, docturus; Verberans, verberaturus.

A neutris cadentia neutraliter significant: ut, Currens, cursurus; Dolens, doliturus.

A quibusdam neutris reperiuntur etiam participia in *dus*: ut, Dubitandus, vigilandus, carendus, dolendus.

Passivè significant, quæ à passivis descendunt: ut, Lectus legendus; Auditus, audiendus.

Fiunt & participia passiva ab hujusmodi neutris, quorum tertiæ personæ passivè usurpantur: ut, *Aratur terra*, hinc *arata & aranda terra*.

Participia formata à Deponentibus, imitantur significationem suorum verborum: ut, Loquens, loquutus, loquuturus, à loquor.

Deponentibus, quæ olim Communia fuerunt, manet participium futuri in *dus*: ut,

Sequendus, } { Utendus, } { Obliviscendus.
Loquendus, } { Patiendus, } { & alia id genus.

Habent & deponentia præteriti temporis participia, quæ nunc activè, nunc passivè significant: ut,

Virgil. *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Terent. *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.*

Virgil.— *mentitáque tela Agnoscunt.*

Communium deinque verborum participia, ipsorum significantiam induunt: ut Criminans, criminatus, criminaturus, criminandus.

Ab impersonalibus nulla extant participia, præter pœnitens, decens, libens, pertæsus, pœnitendus, pudendus.

Hæc participia, præter analogiam, à verbis suis deducuntur, Pariturus, nasciturus, sonaturus, arguiturus, luiturus, eruiturus, nosciturus, moriturus, oriturus, osurus, siturus.

Similia participiis sunt ista, Tunicatus, togatus, personatus, larvatus, & innumera hujus sortis vocabula quæ à nominibus, non à verbis, deducuntur.

Sed (cras) illo loco Martialis, vizt.
Dic mihi cras istud gastheum quando venit.
videtur ista nomen & factum verbo venit,
non autem proprie sed exercitus sive
artificialiter vel materialiter. vel animatè
ad verbium cras pro Adjectivo crastinus.

DE ADVERBIO.

ADverbium est vox indeclinabilis, quæ verbis præcipuè, nominibus itidem participiisq; plerunq; præfixa, significationem Eorum quoad quantitatem, qualitatem, aut circumstantias temporis locive nùnc determinat, nùnc elegantèr explicat.

ACCIDENTIA ADVERBIO.

Adverbio accidunt, Significatio, Comparatio, Species, Figura.

Significationis varietas ex verborum circumstantiis colligenda est.

Adverbia loci, ut, Hic, illic, istic, ubi, ibi, intus, foris, nusquàm, ubiq;. Huc, illuc, istuc, intrò, foras, sursum deorsum. Hinc, illinc, istinc, inde, aliunde, supernè, exlitus, funditus. Hâc, illac, istac, quàcunq;. Quæ connotant rem aut personam in loco, respondent ad ubi? quæ ad locum, quò? quæ, ā loco; unde? quæ per locum, quà?

Adverbia temporis sunt, Dum, quum, quando, aliquando, quandiu, dudum, quamdudum, jamdudum, quampridem, jampridem, usque, quousque, toties, quoties, aliquoties, heri, hodie, cras, pridie, postridie, perendie, manè, vesperi, nudiustertius, nudiusquartus, nudiusquintus, nudiussextus, &c. Diu, noctù, interdiu, nunc, jam, nuper, aliàs, olim, item, pridem, tantisper, paulisper, parumper, sæpè, raro; subinde, identidem, plerumque, quotidie, quotannis, nunquam, unquam, adhuc, etiam pro adhuc, hactenus, in-diès, in-horàs, ut primum, quam-primùm, simulac, simulatque.

Usque, temporis & loci adverbium est: ut, *usque sub obscurum noctis. Ab Æthiopia est usque hæc.* Est & ubi pro (semper, aut continuè) ponitur: ut *usque metu moveare sinus.*

Adverbia numeri: ut, Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, vigesies vel vicies, trigesies, vel tricies, quadragies

dragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, centies, millies, infinities.

Ordinis ſunt, Indè, deinde, hinc, dehinc, deinceps, noviſſimè, imprimis, poſtremò, primùm, iamprimum, denique, demum, tandem, ad-ſummùm.

Adverbia interrogandi ſunt, Cur, quamobrem, quare, quomodo, ecquid, quin *pro* cur non num, quid-ita, quò, unde, quantùm? & an, num, ne Enclitica.

Vocandi ſunt, Heus, ô, eho, & ſiqua ſunt ſimilia.

Negandi: ut, Haud, non, minimè, nequaquam, ne *pro* non, & ſimilia.

Affirmandi: ut, Etiam, ſic, quidni, ſanè, prorſus, nempe, nimirum, certè, profecto, adeò, planè, ſcilicet.

Jurandi: ut, Hercle, mehercle, medius-fidius, Deus-fidius, Pol, depol, Caſtòr, ecaſtor.

Hortandi ut, Age, ſodes, ſùltis, amabò, agedum, ehodum, eia, agitè.

Prohibendi: ut, Ne, non.

Optandi: ut, Utinam, ſi, ô, ſi, ô.

Excludendi. ut, Modò, dummodo, tantùm modò, ſolùm modo, tantum, ſolùm, duntaxat, demum.

Congregandi: ut, Simul, unà, pariter, populatim, univerſim, conjunctim, &c.

Segregandi: ut, Seorſim, gregatim, egregiè, nominatim, viritim, oppidatim, vicatim, privatim, ſpeciatim, bifariam, trifariam, omnifariam, plurifariam, oſtiatim.

Diverſitatis: ut, Aliter, ſecus.

Eligendi: ut, Potiùs, potiſſimùm, imò, ſatiùs.

Intendendi: ut, Valdè, nimis, ninium, immodicè, impendiò, impensè, prorſus, penitus, funditus, radicitus, omnino.

Remittendi: ut, Vix, ægrè, paulatim, ſenſim, pedetentim.

Concedentis: ut, Licèt, eſtò, demùm, ſit-ita, ſit ſanè.

Negatæ ſolitudinis: ut, Non ſolùm, non tantùm, non modò, nedum.

Qua-

3. Scilicet q. Sine licet.

1. Medius-fidius aut Fidius q. Sancus Iuppiter hoc fac.
2. Sodes q. Si audes.

Qualitatis : ut, Doctè, pulchrè, fortiter, graviter,

Quantitatis : ut, Parum, minimè, maximè, summum, ad-summum, & similia.

Comparandi : ut, Tam, quàm, magis, minùs, maximè, minimè, æquè.

Rei non peractæ : ut, Ferme, fere, prope, prope-modum, tantùm non, modò non.

Demonstrandi : ut, En ecce, sic ut cum dicimus, *scribito.*

Explanandi : ut, Id est, hoc est, quasi dicas, putà, utpote.

Dubitandi : ut, forsan, forsian, fortassis, fortasse,

Eventûs : ut, Forte casù, forte-fortunà.

Similitudinis : ut, Sic, sicut, sicuti, ità, item, itidem ; tanquam, quasi, ceu, uti, velut, veluti.

COMPARATIO.

Adverbia à nominibus Adjectivis nata, & comparantur, & regunt casus Comparativi & Superlativi : ut, Doctè, doctiùs illo, doctissimè omnium : similiter Bene, meliùs, optimè : Malè, pejùs, pessimè ; etiam Sæpe, sæpius, sæpissime : Nuper, nuperrimè, & similia.

SPECIES.

Species est duplex, Principalis, quæ ex se originem habet : ut, *Heri cras.*

Derivativa est eorum, quæ nata sunt aliunde : ut, *Furtim, à furor ; Strictim, à stringo ; Humaniter, ab humanus.*

Aliquando neutra adjectiva induunt formam adverbiorum, ad Græcorum imitationem : ut, Recens pro recenter ; Torvùm pro torvè.

FIGURA.

Figura est duplex : simplex, ut Prudenter, Composita, ut Imprudenter.

DE CONJUNCTIONE.

Conjunctio est pars orationis, quæ voces vocibus, sententias sententiis aptè conjungit.

ACCIDENTIA CONJUNCTIONI.

Conjunctioni accidunt, Figura, Potestas, & Ordo.

FIGURA.

Figura est duplex: Simplex, ut nam: Composita, ut namque.

POTESTAS.

Potestas, id est, significatio, est varia: Aliæ enim è conjunctionibus, Copulativæ sunt: ut, Et, ac, que, atque, quoque, etiam, item, itidem, cùm, & tum.

Tum item geminatum: ut, *Virtutem probus, tum eruditus,* Huc spectant & his contraria: ut, Nec, neque, neu, neve.

Hæ quatuor sequentes, Et, que, nec, neque (cùm geminantur) Suspensivæ etiam vocantur, quòd aliud semper exspectari faciant: ut, *Et fugit, & pugnat. Nec sapit ista, nec sentit.*

Aliæ Disjunctivæ: ut, Aut, vel, ve, seu, sive. Quæ disjungunt res in significatione: sed conjungunt voces & sententias in Grammatico contexu. Hinc Conjunctiones dicuntur: sed disjunctivæ quoad sensum.

At istæ, cùm geminantur, Suspensivæ etiam vocantur: ut, *Vel scribit, vel dictat.*

Aliæ Discretivæ: ut, Sed, sed-enim, at, ast, atqui, quidem, autem, quoque, scilicet, cæterùm, verò, enim-verò, quòd si, verò, porro, quin.

Aliæ Rationales, seu, Illativæ: ut, Ergò, ideo, igitur, itaque, idcirco, quare, quamobrem, quocirca, proinde, propterea, ob-eam-rem, ea-rè: Cicer. *Ea-rè statim ad te Aristocritum misi.*

Aliæ Causales, id est, quæ rationem præcedentis orationis inferunt: ut, Nam, namque, enim, etenim, quod, quia, quippe, utpote, siquidem, quando, quandoquidem, propterea, quòd, quoniam, quatenus, & ut, Virgil. *Audierat & fama fuit*: *pro* nam *vel* quia fuit: quò *pro* quia, ut Cicer. *Non quò quicquam desit, sed quia valde cupio.*

Ovid. *Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra Fortunam debet quisque manere suam pro* nam *vel* quia.

Aliæ Perfectivæ seu Absolutivæ: ut, Uti, quò *pro* ut.

Ne

1. Qui verè copulant partes & dealbantias.

2. Conjungunt verba, disjungunt sensum.

4. Quibus partes supervacuum facillimè

6. Quia Conclusionem infirmant vel aliquid demonstrant.

3. Quia absolvunt causam vi procedentis.

3. Quibus pars sequens annectitur conditio-
ne pars precedens
Quia excipiunt vel contra aliquid precedens
vel aliqua ex subsequentib.
4. Quia Questionem inducunt.
5. Quia aliquam rerum dict. stallem demonstrant.
6. Quia adversatiue respondent.
7. Quia diminuunt rem ut sol. Anglice (seorem)
quando enim exponitur, Anglice (or) est dis-
junctiua.
8. Quia rem elegant.

Dicunt aliquando indulsi prepositio vel
substantiu. igitur a vel abiui, Vita mocul
patria procenda subaq. Barro ss. Oviob

Ne & ut, pro *ne non* : Terent. *Sed patris vim ut queas ferre?*

Ne, pro *ut non* : Cicero. *Opera datur, judicia ne fiant.*

Aliæ Continuativæ : ut, Si, sin, ni, nisi.

Aliæ Dubitativæ : ut, Ne, an, anne, num, nunquid, utrùm, necne.

Aliæ Adversativæ : ut, Etsi, quanquam, quamvis, licèt tametsi ; & aliæ id genus.

Aliæ Redditivæ earundem : ut, Tamen, attamen, sed tamen, Veruntamen.

Aliæ Diminutivæ : ut, saltem, at, certè, vel : ut Cic. *Ne vel latum digitum discesseris.*

Aliæ Electivæ : ut, Quàm, ac, atque, ut, quando pro Quàm accipiuntur.

Expletivæ : ut, Quidem, equidem, nimirum, autem, scilicet, quoque, nam, profectò, verò, enim verò, sed enim, enim pro *certè*.

Virgil. *Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras*
Jussit adire domos? Ter. *At enim non sinam.*

Sunt dictiones, quæ nunc Adverbia, nunc Conjunctiones, nunc Præpositiones esse juveniuntur : ut, Cum, quoties casui jungitur, præpositio est.

In genere, Conjunctiones adeò tenui discrimine ab adverbiis discernuntur, ut quàm sæpissime confundantur ; ut, Quando, proinde, & similia.

De ordine Conjunctionum, Syntaxin consulas.

DE PRÆPOSITIONE.

PRæpositio est vox indeclinabilis, quæ aliis vocibus tum in compositione, tum in constructione sæpius præponitur.

In compositione quædam sunt separabiles, quædam inseparabiles.

Præpositiones separabiles, cùm extra compositionem ambulent, variis casibus regendis inserviunt. E quarum numero sunt à, ab, ante, ad, circum, inter, ob, per, &c.

Sunt tamen ex harum farinâ quæ nunquam in compositione concurrunt ut, *Adversum, circiter, clam, secundum, versus, penes, propter, ultra, tenus, &c.*

Præpositiones inseparabiles sunt numero tantum sex, quæ extra compositionem solitarias esse ægrè ferunt, ut, Am, di, dis, re, se, con.

Am,	ut	Ambigo,	Re,	ut	Retineo,
di,	ut	Diduco,	Se,	ut	Secludo,
dis,	ut	Distraho,	Con,	ut	Consigno.

Quædam Præpositiones separabilibus suis casibus humiliter postponi quandoque malunt.

ut	Cum,	Nobiscum Deus.
ut	Tenus,	Pube tenus:
ut	Versus,	Londinum versus.
ut	Usque,	Ad Occidentem usque.

Quædam Præpositiones in compositione, concurrentium consonarum asperitatem Euphoniæ gratiâ emolliunt: nunc abjectâ finali consonâ: ut, *n*, à con, in *coëmo*: nunc mutatâ, ut *n* in *r* in corrigo: nunc alterâ de novo immissâ, ut *d* ad *re* in redeo, &c.

Quædam Præpositiones Adjectiva procreant in gradu Comparativo & Superlativo: ut, *Intra, interior, intimus. Prope, propius, proximus, &c.*

De constructione Præpositionum, egulas Syntaxeos suo loco inferiùs revolvas.

DE INTERJECTIONE.

INterjectio est vox indeclinabilis, subitaneum mentis affectum exprimens

Tot autem sunt Interjectionum significationes, quot animi perturbati sunt motus.

Exultantis, ut, Evax, vah, Plaut. *Evax, jurgio tandem uxorem abegi.*

Dolentis, ut, Heu, hoi, hei, ô, ah, Terent. *I intrò, hoi, hîc,* Virg. *O dolor atque decus magnum!*

Timentis,

Timentis: ut, Hei, atat. Terent. *Hei vereor ne quid Andria apportet mali.*

Admirantis: ut, Papæ, Terent. *Papæ, nova figura oris!*

Vitantis: ut, Apage, Apagêsis. Terent. *Apage sis, egon formidolosu.?*

Laudatis: ut, Euge. Mar. *Citò, nequiter, euge beate,...*

Vocantis: ut, Eho, oh, io, Terent. *Oh! qui vocaris?*

Deridentis: ut, Hui. Ter. *Hui, Tu mihi illam laudas?*

Ex improviso aliquid deprehendentis: ut, Atat, Ter. *Atat, data hercle mihi sunt verba.*

Exclamantis: ut, Oh, proh. *Pro nefas!* Seneca. *Oh paupertas felix!*

Imprecantis: ut, Malùm, ve malùm. Ter. *Quid hoc (malum) infelicitatis est?*

Ridentis: ut, Ha, ha, he. Terent. *Ha ha he, defessa jam misera sum te ridendo.*

Silentium injungentis: ut, Au. Terent. *Au, ne comparandus hic quidem ad illum est.*

Illud hîc observandum est, nomina quoque & verba quandoque Interjectionis loco poni: ut apud Virgil. *Navibus (infandum) amissis.* Cicer. *Sed amabo, tecura,* Imò quævis orationis pars, affectum animi inconditum significans, Interjectionis vice fungitur.

Atquæ hæc quidem de octo orationis partium Etymologia, quamlibet trassâ (quod aiunt) Minervâ tradita sunt pueris, tantisper dum ordinariis in ludo operis ac pensis sub seculâ defunguntur, abundè sufficere arbitramur. Quod si cui tamen allubescit quicquam his altiùs exactiusque perquisitare, hunc ad Grammaticorum evolvenda perfrutandaque opera relegandum censemus. Quorum cùm magnus sit numerus, & quidem egregiè doctorum, nullum tamen novimus, qui vel propter eruditionis ac doctrinæ præstantiam, vel propter præcipiendi claritatem elegantiamque, Linacro nostro comparari posse videatur, nedum præponi.

DE

DE CONSTRUCTIONE.

octo partium Orationis.

ATque de octo quidem orationis partibus earumque formis, quatenus ad Etymologiam attinet, hactenus dictum esto: deinceps de eisdem, quatenus ad Syntaxim, quæ constructio dicitur, agemus. ἀπὸ σὺν con & τάξις ordo

Est igitur Syntaxis, debita vocum inter se connexio, juxta probatos Latinissimi purioris Authores: qui vel ante Barbarorum irruptionem in imperium Romanorum, vel post Etruscorum & Sabinorum ligiones, paulò ante Ciceronis ætatem, exitêre.

Cæterùm, priusquam de partium Orationis structurâ singulatim pertractemus, quædam in genere de tribus Grammaticæ concordantiis, sunt paucis edisserenda. Syntaxis est congrua dispositio dictionum sententiæ.

Concordantia Nominativi & Verbi.

VErbum personale cohæret cum Nominativo numero & personâ: ut,

Nunquam fera est ad bonos mores via.

Fortuna nunquam perpetuò est bona.

Nominativis primæ vel secundæ personæ rarissimè exprimitur, nisi causâ distinctionis: ut, *Vos damnâstis*; quasi dicat, *præterea nemo*: aut emphasis gratiâ, ut, Ter. *Tu es patronus, tu pater, si deseris tu, perimus*, quasi dicat, *præcipuè & præ aliis, tu patronus es.*

Ovid. *Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eris.*

¶ In verbis quorum significatio ad homines tantùm pertinet, tertiæ personæ Nominativus sæpe subauditur; ut, Est, fertur, dicunt, ferunt, aiunt, prædicant, clamitant, & in similibus; ut,

Terentius. *Fertur atrocia flagitia designâsse.*

Ovid. *Teque ferunt iræ pœnituisse tuæ.*

Non

Concordantia nominis
et verbi.

¶. Putant vulgo, ab hoc carmine vocedi, eum dico, Ego pauper labore, tu divos hu & intellecto pronomine, Calliopius recenshi, Interrogatus Respondo, & hoc vocationem appellant. Sed pauper & calliopius sunt in allatis exemplis prime persone, divos & interrogatus sunt 3ᵉ. Nam nomen semper est ejusdem persone ac pronomen vel verbum cui jungitur. Et sic de pronomine relativo, ut, Qui sumus. &c.

Additur verbum finitum nominativo simili numero & persona ad ostendendum aliquid esse aut agere, aut pati, ut Pollium fuit, Alexander vicit, Darius victus est. &c.

Pingo lanarum nullam, Rubent colores Vellera Lanum degentes candida subrubet hasta. Stant.

9. Sic Verba quorum significatio ad Deum vel naturam pertinet ubi subintelligitur Deus vel natura. Sic in verbis que dicuntur exempla significationis, quorum actio nec in hominis nec cujusquam alius creaturæ est potestate, ut Fecit Deus mundum fecit ubi Deus, vel ut fiat subintelligitur.

Item in his tonat, pluit, ningit, grandinat, lucescit, vesperascit &c. ubi Deus, cælum, aqua, vel simile intelligitur.

6 Aliquando vox materialiter simpla, ut
Sapere est pulchrum, Psalmos est accusativus
sub verbum Psalmos. ha

7 Verbis per Latinus dicit vult verbo
nominativus, ut. malum portat insipiens asc.

8 Additur nomini adnomen simili numero
genere, casu, ad ostendendum quale quid sit,
aut quantum, quotum, unde, &c. ut liber magnus
continet chartas amplas, folia omnia.

9 Adjectivum substantivo positum supplet locum
substantivi, ut Paulus pauper indocto fuit
est praestantior.
10 Adjectiva saepe pronuntiant suum substantivum
in genit: more Graeco, per opaca loquuntur,
nigras lanarum, dogmenes canum.
In eadem sententia alterum induit naturam
substan. ut. Crudelem medicum intemperans
aeger facit [illegible]
12 Sive nomen illud fuerit pronomen aut

Aliquando verbum Infinitum, hoc est
membrum orationis aut dictio TEXVIM
posita supplet locum Nominativi aut Sub-
stantivi. Ut Poet: Bellè suum cuiq; est.
Mart. Dic mihi cras iterum, Postumus, quando
venit. Romanos est decumanis. sed hæc ἐλλειψις
Ellipsin vel Defectionem.

Quicquid est quod est nominativus verbo
& Substantivum Adjectivo, & Antecedens
Relativo esse potest.

Plaut. Ego te Hellum vocamus infortunio,
sic nos Jacobe Dei gratiâ mandamus
Plautus appellat Deos eorum Deum indignum.
dix q' Ethnici putarunt omnes Deos & matres
& fœminas. Mala. dicit Lupus Rabulis. Varium
& mutabile semper fœmina. Dulce vultis humor.
sunt Hellenismi. N. Nigros Corvorum nullum
habuit colorem. pl. Corvum Argenteos cavedam
sub alarum levabant. Hellenism. ὁ σκάνδαλος τῶν
ἀγαθῶν ἡ σκάνδαλα ἀγαθῶν N. Cum duo ad-
jectiva concurrunt in eâdem sententia, alterum
induit naturam Substantivi. N. Adjectivum
quandoq; totum ponitur, intellecto Substantivo:
ut, primas dix. ptes; ambabus dix. manibus.
N. Quandoq; duo adjectiva pro uno ponitur
ut, Graco Graecus. N. Adjectiva absolutè sine sub-
stantivis posita supplent locum Subs: ut Amicus
(pro hic in re) communia. Omnia mea hominis

Non ſemper vox, per caſus inflexa, eſt verbo Nominativus ſed aliquando verbum infinitum; ut, Plaut. *Mentiri non eſt meum*: Aliquando, oratio; ut,

Ovid. *Adde quòd ingenuas didiciſſe fideliter artes*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

6 Aliquando Adverbium cum Genitivo; ut, *Partim virorum ceciderunt in bello. Partim ſignorum ſunt combuſta.*

EXCEPTIO PRIMA.

Verba infiniti modi pro nominativo accuſativum ante ſe ſtatuunt; ut *Te rediiſſe incolumem gaudeo. Te fabulam agere volo.*

Reſolvi poteſt hic modus per *quòd* & *ut*, ad hunc modum; ut, *Quòd tu rediiſti incolumis, gaudeo. ut tu fabulam agas volo.*

Verbum inter duos nominativos diverſorum numerorum poſitum, cum alterutro convenire poteſt; ut,

Terent. *Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.*

Ovid. — *quid enim niſi vota ſuperſunt?*

Idem. *Pectora percuſſit, pectus quoq; robora ſiunt.*

Virgilius. — *nihil hîc niſi carmina deſunt.*

Impersonalia præcedentem nominativum non habent; ut, *Tædet me vitæ. Pertæſum eſt conjugii*: de quibus, ſuo loco.

2 Nomen multitudinis ſingulare quandoq; verbo plurali jungitur: ut, *Parsè abiit, uterque deluduntur dolis.*

CONCORDANTIA

Subſtantivi & Adjectivi.

3 ADjectivum cum ſubſtantivo genere, numero, & caſu conſentit: ut, Juven. *Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.*

Ad eundem modum participia & pronomina ſubſtantivis adjunguntur: ut,

Ovidius. *Donec eris felix, multos numerabis amicos,*
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Whatever may be the nominative caſe to ye verb may be y^e ſubſtantive to ye Adjective

Seneca. *Non hoc primum pectora vulnus mea fenſerunt; graviora tuli.*

Aliquando oratio ſupplet locum ſubſtantivi: ut *audito regem Doroberniam proficiſci.*

Concordantia *Relativi & Antecedentis.*

* RElativum (qui) cum ſubſtantivo Antecedente concordat genere, numero, & perſonâ: ut, ——*Vir bonus eſt quis? Qui conſulta patrum, qui leges juráque ſervat.*

Nec unica vox ſolùm, ſed interdum etiam oratio ponitur pro antecedente: ut, Terent. *In tempore ad eam veni, quod omnium verum eſt primum.*

Relativum inter duo antecedentia diverſorum generum collocatum, nunc cum priore convenit: ut, Valerius Maximus. *Senatus aſſiduam ſtationem eò loci peragebat, qui hodie Senaculum appellatur,*
Non procul ab eo flumine, quod Salim vocant.
Cicer. *Propiùs à terra Jovis ſtella fertur, quæ Phaeton dicitur.*

Nunc cum poſteriore. ut, *Homines tuentur illum globum, quæ terra dicitur.*

Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.
In coitu Lunæ, quod interlunium vocant.

Aliquando relativum, aliquando & nomen adjectivum reſpondet primitivo, quod in poſſeſſivo ſubintelligitur: ut, Terentius. *Omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui filium haberem tali ingenio præditum.*
Ovid. ——*noſtros vidiſti ſtintes ocellos.*

Quoties nullus nominativus interſeritur inter relativum & verbum, relativum erit verbo nominativus: ut,
Boet. *Felix, qui potuit boni Fontem viſere lucidum.*

At ſi nominativus relativo & verbo interponatur, relativum regetur à verbo, aut ab alia dictione quæ cum verbo, in oratione locatur: ut Ovid. *Gratia ab officio, quod mora tardat, abeſt.* Virg. *Cujus numen adoro. Quorum optimum ego habeo. Cui ſimilem non vidi. Quo dignum te judicavi. Quo meliùs nemo ſcribit. Quem videndo obſtupuit. Lego Virgilium præ quo cæteri poetæ ſordent.*

SUB-

Juvenes joces, Salicis Zgnatius, populum
Aliquando verbum Infinitivum Pers. Scire
nihil est, nisi te scire hoc scial alter

5. Relativum & subsequens nonnunquam
in eodem casu ponuntur mos Atticorum apud
Graecos ut; Cum scribis aliquid eorum, quorum
consuevisti grandes. Χάριν βουλίου οὗ ἕνεκα.

6. Eadem est ratio substantivi cum Adjectivo
ut. Pauperes nunquam aequo se nunc omnes
mihi visum est.

Objectiva absoluta sine substantiva posita
significat locum subiecti vel Antecens existens
in re certa cernitur. Omnia enim hominem
tenui grandia folia. Incaelum. Generoso praebus
honesto. Pref. Sa. 2.
Quin & substantiva ad Graecorum imitationem
quandoq; & objectivis adjungantur vel Pronoas
nostras. Pref. Sal.

substantivo subsequente conveniens, ut
Gen scribae, aliquid comm* quorū consuevisti,
60 gaudic Xpiani bibliotheca ois &c.

1. Ubi ille scelus qui me gravidā fecit:
pro antecedens neutrū. relat. vero masc:
Symbolū. Scelus pro sceleste.

3 Quandoq; relativum consentit cum
substantivo & sensu precedentis period:
formato; ut ibi alia etiam prodigia caue
pluit, quam imbrem &c.

Relat: cum antecedente. 72

3. Relativum qui, quæ, quod, tempus fuit con
siderari debet. tanquam inter duos casus ejus
substantivi expressos, vel intellectos: sic enim
cum casu antecedenti genere & numero,
& cum sequenti casu, id cum suo substantivo
consentiet, ut bellum, tantum quod omnes
bella prometantur, Pompeius consecit.
Cic. Ultra eum locum qui in loco Germani
consederant.

Jam verum necessarium est hic loquendi modus
ad evitandum ambiguitatem, ut Demosthenes
& Aeschinis discipulum, qui Aeschinis &
ubi nisi nobilioribus qui Aeschinibus, vel
livium refert potius ad Aeschinem.

+ Addita domini nomina in genitivo, ad
dendum cujus quid sit (nempe cujus pars
offectum aut professio est, ut manus Dei

solebatur. O vos qui estis Patricius Sanguis.

Plautus scribit ante solem occasum
contra ego: est vero in hac umbulia
occasum participium quod nunc caret.

Pronomina nominum constructionem subeunt.
Verba item, Participia, Adverbia & Interjectiones
Nominibus consignificantia.

Ex adjectivis 3ae Declinationis hae con-
structio non usurpatur, non etiam dicimus,
quid talis: Sed nihil tale.

Derivativa seu Primitivorum, Comparativa
& Superlativa, Possessivorum suorum, Im personalia
Personalium, Passiva Activorum, Gerundia
& Supina Activi significantia, casus eorum
verborum sequuntur, nisi regula aliis in regulis
excipiantur.

11. Per opaca locorum, Pelluvis ofella, amara cura-
rum, camella Verarum, amara belli, undua montis &c.
Emittenda passus, quam ignoranda.
Quando offertur in ablativo, sit ex Ellipsi
verbi petendus, ut Vir nulla fide, ex gradibus
vel ex Ellipsi prae: ut virgo admodum nata,
Lubaudibus cum &c.
Festis Calendarium Viz dierum omnem
Mensis cujus quilibet Viz cujus causa

Substantivorum Constructio.

QUum duo substantiva diversæ significationis sic concurrunt, ut posterius à priore possideri quodammodo videatur, tum posterius in genitivo ponitur: ut Juv. *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Rex pater patriæ. Anima Achillis. Cultor agri.*

Proinde hic genitivus sæpissime in adjectivum possessivum mutatur: ut, *Patris domus, Paterna domus. Heri filius, Herilis filius.* Est etiam, ubi in dativum vertitur: ut Luc. de Catone *ubi pater est, ubique maritus. Herus tibi, mihi pater.*

EXCEPTIO.

Excipiuntur quæ in eodem casu per Appositionem connectuntur: ut Ovid. *Effudit aurum opes irritamenta malorum.* Virg. *Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.*

Adjectivum singulare, portionem denotans, sit neutrum & mutat suum substantivum in Genitivum: ut, *Paululum pecuniæ. Hoc noctis.* Catul. *Non videmus id manticæ, quod in tergo est.*

Juvenal. *Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ,*
Tantum habet & fidei.

Ponitur interdum genitivus tantùm, nempe priore substantivo per Eclipsim subaudito; ut in hujusmodi locutionibus; *Ad Dianæ veneris, ito ad dextram. Ventum erat ad Vestæ*: Utrobique subauditur *templum.* Virg. *Hectoris Andromache*: subauditur *uxor.* Idem; *Deiphobe Glauci*, subauditur *filia.* Terent. *Hujus video Pyrrhiam*: subaudi *servum.*

LAUS ET VITUPERIUM.

Laus & vituperium rei variis modis effertur, at frequentius in ablativo, vel genitivo; ut, *Vir nullâ fide.* Ovid. *Ingenui vultûs puer, ingenuique pudoris.*

OPUS & USUS.

Opus & usus ablativum exigunt; ut Cicero, *Auctoritate*

tate tuâ nobis opus est. Gellius. *Pecuniam quæ sibi nihil esset usus, ab iis quibus sciret usui esse, non accepit.*

Opus autem adjectivè pro (necessarius) quandoque poni videtur, variéque construitur; ut

Cicero. *Dux nobis & author opus est.*

Idem. *Dicis nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi.*

Terentius. *Alia quæ opus sunt para.*

Cicero. *Sulpitii operam intelligo ex tuis literis, tibi multùm opus non fuisse.*

Ovid. pag. 64. Adjectivorum Constructio.

GENITIVUS.

6 Adjectiva, quæ desiderium, notitiam, curam, metum, aut memoriam, atque iis contraria significant, genitivum adsciscunt; ut,

Plinius. *Est natura hominum novitatis avida.*

Virg. *Mens futuri præscia.* Idem; *Memor esto brevis ævi.*

Ter. *Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis.*

Silius. *Non sum animi dubius, sed devius æqui.*

Cicero. *Græcarum literarum rudis.*

7. Adjectiva verbalia in *ax*, & participialia quædam præsentis & præteriti temporis, etiam in genitivum feruntur; ut *Audax ingenii.* Ovid. *Tempus edax rerum.* Sen. *Virtus est vitiorum fugax.* Hor. *utilium sagax.* Idem; *Propositi tenax.* Virg. *Tam ficti pravique tenax, quàm nuncia veri.* Plaut. *Pecuniarum petax, &c.*

Nomina partitiva, aut partitivè posita, interrogativa quædam, & certa numeralia, genitivo plurali, à quo & genus mutuantur, gaudent; ut Cicero. *Quanquam te, Mare fili, annum jam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ, propter summam & doctoris authoritatem & urbis; quorum alter te scientiâ augere potest, altera exemplis.*

utrum horum mavis accipe.

Ovid. *Quisquis fuit ille Deorum.*

Terent. *An quisquam hominum est æquè miser, ut ego?*

3. Cum multius consilij sum. bono sis animo.

4 Opus & usus &c. Venisse dicemus participia, preteriti, consulto, naturale, jurende, facto, exquisito, cauto, parato, transeuro opus est. Quandoq; supino passivo, ut quod opus est, magis facto (ut) loco infinitio. 2. Ad eam rem usus est homini assuetum, quia est verbale ab utor quo interdum Accusativo gaudet ut, operam adhibuit. Subsunt: que significant societatem conjugali mutuam amicitiam, requirit Abstinentiam propositi.

6. Adjectiva significantia desiderium; ut, navitatis avida. Negligentiam; ut, colorum rerum secors. Notitiam, ut legum peritus. Ignorantiam, ut mens insciia fati. Memoriam ut, fortunæ memor. Oblivionem ut immemor horti. Similitudinem, dissimilitudinem, Copiam, Inopiam, Curam, Incuriam, Dimerum, Confidentiam, Participationem, ut compos voti, particeps operum, & artis. Partitionem mensuram, Benignitatem, Immoralitatem, Proprietatem, Passionem, & similia genitivo adsciscunt item quæ cupiditatem, scientiam, curam & metum.

4. Genitivo plurali quarum plerasq; genus constituunt, nonnulla tamen cum suppositio: ut, Indus qui est omnium fluminum maximus. Deo animalium fortissimus. Nymphorum sanguine una. Pulcherrima rerum flor. Ovid. Sic ego rum rerum non ultima, Sepse, tuarum.

[illegible] [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible],
[illegible]diosus, candidatus, callidus, solus, providus,
[illegible]cilis, divinus, cortus.

62* Verbalia in bo, antiqui regunt casum
verborum à quibus derivantur. ut,
Quid tibi hanc curatio est rom.
vel est Archaismus.
Nomen substantivum aut verbum admittit
Genitivum aut Ablativum substantivi, cui
accedit Adjectivum qualitatem denotans. ut
Eam multi consilij sum; est res sane magni
consilij
* Hoc graeca in quibus dost graeca prosodia
quae genit regit.
Opon. Genitivus huic qui addi solet hujus
modi adjectivis, aliunde regitur, nempe
a substantivo causa vel ratio
subintellecta. idq; graecorum more; ut
Locus latissimus umbra, Virg. hoc est
causa umbra. Invictus operis ac laboris,
pro, invictus ratione operis, hoc est, quod
ad opus et laborem attinet,
sic impiger militiae, ferox bellorum,
pervicax iræ, trepidus admirationis.
*. Aliquis, alius, alter, uter, neuter, uterque, ullus,
nullus, solus, quisque, quicunque, quidam, quilibet,
quispiam, unusquisque, multi, pauci, omnes, partes
* Dual abhinc 60 annos / adjectiva omnia
ut sanctibus dicit nullum casum regunt
nam quando dicimus, romanorum doctissimus
vel quid simile, Romanorum non regitur
ab adjectivo doctissimus sed dependet a subst.
subintellecto ut doctissimus ex numero

Singulari etiam collectivi nominis, ut totum
omnium nostrae civitatis praestantissimus audio

As { quantus, qualis, qualis, quotus, quotus, qualis } dicitur respondent { parvus, magnus, bonus, malus, unus, duo, tres, primus, secundus, singuli, bini }

ab { quotuplex, qualuplex } { qualemnis, cujus, cujas } respondent { duplex, triplex, duplus, triplus, biennis, triennis, meus, tuus, suus, } respondent nomina
gentilicia partis socia ut Romanus, Italus, Slavica.

In eodem casu [illegible] ut impleatur
quod desit. Nam integrè est. Furtim accusas
crimine, an crimines homicidij? ubi agas crimine
Ubi par ratio in alijs dictionibus quae
dicuntur esse variae significationis
+ ut leo animalium fortissimus
integrae vero leo animal animalium
vel de numero animalium fortissimum.
+ Regibus ablativus iste non comparativi,
sed per positionem pro Instrumenta; ut integrior sit
vilius est argentum pro auro, aurum
pro virtutibus.
Hic etiam statuenda est Ellipsis propositionis
nam integrè est, pro quanto, dedisti es
[illegible] pro tanto &c.
2. Sub alias Epistolae Quaestiones. Hor. L. 2. Ep. 3.

Virgilius. —— *divûm promittere nemo Auderet.*
Tres fratrum. Quatuor judicum. Sapientum octavus quis fuerit, nondum constat.
Primus regum Romanorum fuit Romulus.

In alio tamen sensu ablativum exigunt cum præpositione; ut, *Primus ab Hercule. Tertius ab Æneâ.*

In alio verò sensu dativum; ut, Virg. — *Nulli pietate secundus.*

Usurpantur autem & cum his præpositionibus E, de, ex, inter, ante; ut Ovid. *Est Deus è vobis alter.*
Idem; *Solus de superis.* Virg. *Primus inter omnes.*
Idem; *Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ*
Laocoon ardens summâ decurrit ab arce.

Interrogativum & ejus redditivum ejusdem casus & temporis erunt; ut, *Quarum rerum nulla est satietas? Divitiarum. Quid verum nunc geritur in Angliâ? Consulitur de religione.*

Fallit hæc regula, quoties interrogatio sit possessiva: ut *Cujum pecus? Laxiorum.* Aut per dictionem variæ Syntaxeos: ut, *Furtine accusas, an homicidii? Utroque.*

Comparativa & superlativa, accepta partitivè, genitivum, unde & genus sortiuntur, exigunt.

Comparativum autem ad duo, superlativum ad plura refertur: ut, *Manum fortior est dextra. Digitorum medius est longissimus*: Accipiuntur autem partitivè, cùm per E, ex, aut inter, exponuntur: ut, *Virgilius Poetarum doctissimus*; id est, *ex poetis*, vel *inter poetas.*

Comparativa cùm exponuntur per *quàm*, ablativum adsciscunt: ut Horat. *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum*, id est, *quàm aurum, quàm virtutes.* Adsciscunt & alterum ablativum, qui mensuram, excessûs significat: ut,

Cicer. *Quanto doctior es, tanto te geras submissiùs.*

Tanto, quanto, multo, longè, ætate, natu, utrique gradui apponuntur; ut, Catul. *Tanto tu pessimus omnium poeta, Quanto tu optimus omnium patronus.*

Eras-

Eras. *Nocturnæ cubitationes longè periculosissimæ habentur. Longè cæteris peritior es, sed non multo melior tamen.* Juven. *Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur.*

Major & maximus ætate. Major & maximus natu.

DATIVUS.

2. Adjectiva, quibus commodum, incommodum, similitudo, dissimilitudo, voluptas, submissio, aut relatio ad aliquid significatur, in dativum transeunt, ut Virgilius,

Sis bonus, O felix tuis.

Martial. *Turba gravis paci placidæq; inimica quieti.*

Est finitimus oratori poeta. Ovid. *Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.*

Martial. *Jucundus amicis. Omnibus supplex.*

Horat. *Si facis ut patriæ sit idoneus, utilis agro.*

Huc referuntur nomina ex Con præpositione composita: ut Contubernalis, commilito, conservus, cognatus, &c.

Quædam ex his quæ similitudinem significant, etiam genitivo gaudent: ut

Lucanus. *Quem metuis, par hujus erat.*

Terentius. *Patres æquum esse censent, nos jamjam à pueris illico nasci senes, neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.*

Idem. *Domini similis es.* Auson. *Mens conscia recti.*

Virgilius. *Præterea regina, tui fidissima, dextrâ*
Occidit ipsa suâ.

6 Communis, alienus, immunis, variis casibus serviunt: ut

Cicero. *Commune animantium omnium est conjunctionis appetitus. Mors omnibus communis. Hoc mihi tecum commune est.*

Salust. *Non aliena consilii.* Sen. *Alienus ambitioni.*

Cicero. *Non alienus à Scævolæ studiis.*

Ovid. *Vobis immunibus hujus Esse mali dabitur.*

Plinius. *Capricus omnibus immunis est.*

Immunes ab illis malis sumus.

Natus,

rebant: ut, Iuvia virtuti nulla est via. Ut
salubris arduum est. Fratri ædes sunt pernic-
ut hæc facilis, mitis, obvius, pervius, perspicuus
dubius difficilis, durus adversus, invius.
2. Prosper, salutaris, opitulosus, permitiosus, bell-
lis, damnosus, periculosus, morigerus, obsequi-
rebellis, pugnax, adversus. Quæ voluptatem aut do-
lorem significant. Dat. gaudent, qua item ca-
: lium, favere, his quæ contraria familiaris, inim-
socius, propitius, infensus, infestus. Simili hu-
: mum cognatus, collactaneus, consentaneus, consen-
- neus, cognatus. Propinquitatem, ut vicinus
Applicationem quæ facilitatem, & difficultatem
significat quæ fidelitatem aut contra denotant,
ut, fidelis fidus, credulus, infidus, malefidus.
Item quæ applicationem, & inapplicationem, facil-
: litatem & difficultatem, amicitiam & odium, æqua-
: litatem & inæqualitatem item & propinquitatem
significant, dativum regunt.

Adjectiva variis Genitivum postulant, ut
ires, conscius, manifestus, affinis, popularis,
compotus, immagnis, insons, purus, superst-
Egregius facti, impiger militiæ, frugi sedu-
rum, pernicax ira, fatigationis sanctus,
floridus ævi, ævi maturus, inglorius militiæ
fessus belli, lassus viarum, Integer vitæ, Ju-
dicij rudis, rei studiorum, laudis festinus,
invictus laboris, hospes rerum, sensus rerum
frugalitatis continentiæque magnus admira-
dum, A similibus, quæ apud Poëtas, histor-
epicos idiomatis Hispani aut Africani
dum sequentes, Cæsar item & Sequioris

...ratiâ, ratione. efferuntur, aut stram Hellinis=
...mum, ubi in his opus sequimur: Desine mol-
...liem querelarum. Hor. l. 2. Od: 9
...empus desiders pugno. Virg: 10. Aen.
...bilinebo iuvarum calidoqs vapo. Hor. 3l. Od. 27.
...bstinens ducentis ad ss curvola pecunia. Idem.
...Regnavit populorum. Ode 30. 2l.
...ustitione prius mirce: bellis labarum. Virg. 11. E.
...uccessorumqs Minervæ indoluit. Ovid 11. Met.
...alarium sororum sui participat consilij. Plaut.
...aiquitatis interfecta curavit. Apul. l. 2.
...ulei laborum decipiebar sono. Hor. l. 2. Ode. 13.
...lec sermonis fallebas lamiæ. Plaut.
...lequo illi sepulchi cicuis nec longa invidit
...avone. Hor. Sat. 6. lib. 2.
...egnus est omni vacuo, qui vultsecit fortuna.
...rastidit mei. Plaut. Aul.
...lor studeat lui. Cic.
...Regni Gaius rupti fuit.
...legs hujus sis veritus fœminæ primariæ. &c.
...Eras ac frustra animi es. Apul.
...ngratus salutis. Virg. 10. Aen.
* Idoneus aliquando Acc: cum præpositt ad
...jungitur; ut, avicula aevi non comitabuntur cor-
...pusculo priusquam esse ad actatum idoneas
...didicerunt. Epist. Ep. 2.

Prepositionibus adjectum
62 ut, Mantua vos miseros, nimium vicina
Cremone./

2. Nomen additur adnomini in dativo, ad quem
dandum cui res talis sit, ut, liber alicui mihi
2. Quod. Hic olim accidit Philippi:
dicit enim nulla latinis prepositio regat
dativum, tamen cum latinis olim, ut graecis
eadem
alios fuisse conciperi potuit prepositiones
ques olim dativum & ablativum regerint
sive ea sit Ja, sive Pro, vel alia, tamen
Graci in Dativis Acquisitionis videntur
intelligere; ut χρήσιμον ἐστιν, utile illi
pro ἐστὶ vel ἐστὶ ἐστὶν, in illo, vel σὺν ἐστὶν
cum illo, vel ἄρχει ἐστὶν, pro illo, vel
causâ illius, quin & latini sepe ejusmodi
per prepositionem efferunt, ut, Utilis illi,
6. Genitivus regitur a substantivo, intellecta
Nam communis omnium, integri
communi negotium; mimis malo, ἀντὶ malo,
hoc est, malo; alicui consilio, significat
rationem consilii. Ablativus a prepositione
Depend. 2d

quin & id notandum adjectiva, Idoneus, aptus par, aut simili Jubaligi in his. Solvendo non esse Ad qui oneri ferendo esset. Liv. Quas resistingendo Igni forent, Indeque sint, qui oneri ferendo Idonei non essent; qua restinguendo igni apta forent.

9 Jn Accusativo relictus Prepositio ad.
Jn genitivo Ablativus. longit — udine.
Jn Ablativo, Prepositio a. vel similis.

9 Additur nomen in ablativo ad nomini ostendendum unde res talis sit, aut qua parte * Plenus dives locuples. salvus sanus, dissolutus. facundus eloquens, inanis, inops orbus, nudus, liber Vid. Farn: Gram: p. 72.

Jn his quæ dicuntur regere genit. subintel: Prepositionem ex. Ex/de.
Nullum enim nomen adjectivum aut verbum Græcè aut Latinè potest regere genit:

" Jn Ablativo. Adjectiva quæ ad Fr.

Non verum est, Genitivum hic vel voluisse regi ab adjectivo. Genitivus enim juxta veterum mores Græcorum; Qui dicendi dicunt, ἄξιος & χρηματων, dives pecunia. ἄξιος πάντων indignus omnium: ut nunquam genitivus regatur à prepositione ex vel alia.

al, libis levare animus, liber laborum.
Hoc Gen: usitatius benignus, forlibis, liberalis, prosper, latus, largus, prodigus, profusus, sterilis, pauper, indignus, expers, purus, macilus, reflexus, defexus, solus vidimus, adde eglonis & expul, quo dus nunquam apud Festum reperiendum cum genitivo.

Hoc admittunt Propositionem a vel ab
liber, vacuus, inimis, purus, pudus, imps, orbis, eglonis. Macti virtute esto, macti animi, mortemq; duarum. Migrando. Lucretius in fundus.

Hoc ad proxime pag: pert.

1. Forma vel modus rei &c.
Gla etiam adverbijs; ut agil forlibis verbis, factis ignavis.
2. Dignus indignus prodibus &c.
Adde festus, ut festus Juvenis. Virg. Hor. & Horatius in omni genere frugum secundo. Secundum in fundus hominum genus. Scil. Quod dignus sum. Plaut.

¶ Natus, commodus, incommodus, utilis, inutilis, vehemens, aptus, interdum etiam accusativo cum præpositione, adjunguntur: ut, Cic. *Natus ad gloriam.*

Verbalia in *bilis* accepta passivè, ut et participia, seu potiùs participialia in *dus*, dativo adjecto gaudent: ut Mar. *O mihi post nullos Juli memorande sodales.*
Statius. —*nulli penetrabilis astro Lucus erat.*

ACCUSATIVUS.

Magnitudinis mensura subjicitur adjectivis magnitudinem indicantibus, in accusativo: ut, *Gnomon septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit.*

¶ Interdum et in ablativo: ut
Columella. *Fons latus pedibus tribus, altus triginta.*

Interdum etiam & genitivo; ut Columel. *In morem horti areas, latas pedum denûm, longas pedum quinquagenûm facito.*

ABLATIVUS.

¶ Adjectiva, quæ ad copiam egestatémve pertinent, interdum ablativo, interdum & genitivo gaudent, ut
Plaut. *Amor & melle & felle est fœcundissimus.*
Horat. *Dives agris, dives positis in fœnore nummis.*
Virgilius. *At fessæ multa referunt se nocte minores, Crura thymo plena.*
Idem; *Quæ regio in terris nostri non plena laboris?*
Idem; *Dives opum, dives picturæ vestis, & auri.*
Persius. *O curvæ in terras animæ, & cœlestium inanes!*
Expers fraudis. Gratiâ beatus.

Nomina diversitatis ablativum sibi cum præpositione subjiciunt; ut Virg. *Alter ab illo. Aliud ab hoc. Diversus ab isto.*

Nonnunquam etiam dativum; ut, *Huic diversum.*

Adjectiva regunt ablativum significantem causam; ut, *Pallidus irâ. Incurvus senectute. Livida armis brachia. Trepidus morte futurâ.*

Forma vel modus rei adjicitur nominibus in ablativo; ut, *Facies miris modis pallida. Nomine Grammaticus, re barbarus.*

Cicero. *Sum tibi natura parens, præceptor consiliis.*

Virgilius.— *Trojanus origine Cæsar. Spe dives, re pauper. Syrus natione.*

Dignus, indignus, præditus, captus, contentus, extorris fretus, auferendi casum adjectum volunt, ut

Terent. *Dignus es odio. Qui filium haberem tali ingenio præditum.* Virg. *Atque oculis capti fodêre cubilia talpæ.* Idem; *Sorte tuâ contentus abi. Fretus Juventâ.* Virgil.

Horum nonnulla genitivum interdum vendicant; ut Ovid. *Militia est operis altera digna tui.*

Virgilius. *Descendam magnorum haud quaquam indignus avorum.*

Pronominum Constructio.

MEi, tui, sui, nostri, vestri, genitivi primitivorum pronuntur cùm passio significatur: ut,

Languet desiderio tui.

Ovid. *Pársq; tuí latitat corpore clausa meo. Imago nostri.*

Meus, tuus, suus, noster, vester, adjiciuntur cum actio vel possessio rei denotatur: ut, *Favet desiderio tuo. Imago nostra*, id est, *quam nos possidemus.*

Nostrûm & vestrûm genitivi sequuntur distributiva, partitiva, comparativa, et superlativa; ut, *Unusquisque vestrum. Nemo nostrum. Ne cui vestrum sit mirum. Major vestrûm. Maximus natu nostrûm.*

Hæc possessiva, Meus, tuus, suus, noster, et vester, hos genitivos post se recipiunt, Ipsius, solius, unius, duorum, trium, &c. Omnium, plurium, paucorum, cujusque; et genitivos participiorum, quæ ad genitivum primitivi in possessivo inclusum referuntur: ut,

Ex tuo ipsius animo conjecturam feceris.

Cic. *Dico mea unius opera Rempublicam esse liberatam.*

Idem;

[illegible] exprimunt prepositionem. aliud suppletur
ꝙ dicit. Quia nulla est latinis prepositio
que genitivum regat, excepi [illegible] substan-
tiva generalissima. pula, negotium, rei vox
ut. Plautus venit, ibi negre sit, re venit, sive
cum prepositione à re venit. Item vacuus
curarum, sit pro à re curarum, sic dicus
agnorus sit re agnorum, sive ergo agnus
nam (ergo) solitus vel solatium est abl. spm

De Reciprocis

Primus est Reciproci usus cum reflectim
ad se, ut qui est à frons se verbi, ut Filio be
ne vorem studiosissimam à Caio vere se
suis simplis sese nobilem. ubi reciprocum
habet locum, quia redimus ad eum, de
qui casus precedit verbum esse.

Vt mag. omnes dispersos libros, ad
unum from is & eum ejus &c. because sui signifies of himself, suum his own; but hers suum signifies him, ejus of him meaning not of himself, but of some other person or thing.

Siquibi plures verbis personis concurrant, perspicuitatis gratiâ & ad ambiguitatem tollendam, aliud relativum ipse, is, ille, iste. loco reciproci reflexivi poterit. ut: Omnes boni, quantum in ipsis fuit, occiderunt Cæsarem.

Sc. quæ sunt verbis & propriè pronomina & simplicia.

Idem verò non est simplex pronomen, sed compositum, ideo naturale magnum additiuum

Sic Iam (is) ij male in loco prædictibus pares polleramus. vidistis in vinculo duci eum, qui à singulis vobis pericula depulerim. Agimus ij, ij postremus ipse pares. Hi is & ij sunt ima & 2da declinationem, nos & Vos subandibi.

Idem; *Meum ſolius peccatum corrigi non poteſt.*
Eraſ. *Noſter duorum eventus oſtendat, utra gens ſit melior.*
In ſua cujuſq; laude præſtantior. Noſtra omnium memoria.
Brut. ad Cic. *Veſtris paucorum reſpondet laudibus.*
Hor.—*Scripta cum mea nemo legat, vulgo recitare timentis.*

† Sui et Suus reciproca ſunt, hoc eſt, ſemper reflectuntur ad id quod præceſſit in eadem oratione; ut, *Petrus nimium admiratur ſe. Parcit erroribus ſuis.* Aut annexa per copulam: ut; *Magnopere Petrus, rogat, nè ſe deſeras.*

Reciproca duplici de causâ adhibentur: 1°. quoties tertia. perſona reſpicit caſum qui verbum præceſſerat, 2° cùm ſequentem: modo ejuſmodi ſit, quæ in directum Convertatur: ut *Trahit ſua quemq; voluptas. Velle ſuum cuiq;.* Et in his *ſuus* non malè ſignificat *proprius.*

3 Ipſe ex pronominibus ſolum trium perſonarum ſignificationem repræſentat: ut;
Ipſe vidi, Ipſe videris, Ipſe dixit.

Et nominibus pariter ac pronominibus adjungitur, ut, *Ipſe ego, Ipſe ille, Ipſe Hercules.*

4 Idem etiam omnibus perſonis jungi poteſt; ut,
Ego idem adſum.
Terent. *Idem has nuptias perge facere.*
Virgil. *Idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.*

Hæc demonſtrativa, Hic, ille, iſte, ſic diſtinguuntur: Hic mihi proximum demonſtrat; Iſte, eum qui apud te eſt; Ille, eum qui ab utroque remotus eſt, indicat.

Ille, tum uſurpatur, cum ob eminentiam rem quampiam demonſtramus: ut, *Alexander ille magnus.* Iſte verò ponitur, quando cum contemptu rei alicujus mentionem facimus: ut Terent. *Iſtum æmulum quoad poteris ab ea pellito.*

Hic et ille, cùm ad duo antepoſita referuntur, Hic, ad poſterius et propius; Ille, ad prius et remotius propriè ac uſitatiſſimè referri debet: ut Col. *Agricolæ contrarium eſt Paſtoris propoſitum: ille quam maximè ſubacto & puro ſolo*

gaudet, hic novali graminoſoque : ille fructum è terra ſperat, hic è pecore. Eſt tamen, ubi è diverſo pronomen *Hic* ad remotius ſuppoſitum referri invenias, et *ille* ad proximius.

VERBORUM CONSTRUCTIO.

Nominativus poſt verbum.

1 VErba ſubſtantiva, ut Sum, forem, fio, exiſto : verba vocandi paſſiva, ut Nominor, appellor, dicor, vocor, nuncupor ; et iis ſimilia, ut Scribor, ſalutor, habeor, exiſtimor : item verba geſtûs, neutra, ut Sedeo, dormio, cubo, incedo, curro, in nominativum tranſeunt. ut,

Deus eſt ſummum bonum.

Perpuſilli vocantur nani. Fides religionis noſtræ fundamentum habetur. Malus paſtor dormit ſupinus.

Lactantius. *Homo incedit erectus in cœlum.*

Denique, omnia fere verba poſt ſe nominativum habent adjectivi nominis, quod cum ſuppoſito verbi caſu, genere, et numero concordat : ut,

Rex mandavit primus extirpari hæreſin.

Pii orant taciti. Boni diſcunt ſeduli.

2 Infinitum quoque utrinque eoſdem caſus habet, præcipuè cùm verba optandi, eiſq; ſimilia accedunt : ut, *Hypocrita cupit videri juſtus. Hypocrita cupit ſe videri juſtum. Malo dives eſſe quam haberi. Malo me divitem eſſe quàm haberi.*

Claud. *Vivitur exiguo melius, natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti.*

Martial. *Nobis non licet eſſe tam diſertis, vel diſertos.*

Terentius. *Expedit bonas eſſe vobis.*

Ovidius. *Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam.*

Quamvis in his poſtremis exemplis ſubaudiuntur accuſativi ante verba infinita. *Nos eſſe diſertos. Vos eſſe bonas. Me eſſe piam.*

Genitivus

58 * Nomen vel: vel Antecedens dicuntur supposita, quia verbo adj: ab habet in concordantiâ quasi supponuntur alijs ea

